

HORTULANUS ECCLESIASTICUS
DIVUS

THOMAS AQUINAS

RECURRENTE SOLEMNITATIS
SUÆ DIE, DICTI^ENE
PANEGYRICA CELEBRATUS.

AC

AMPLISSIMO LIBERÆ, REGIÆQUE
CIVITATIS SZEGEDINENSIS.

M A G I S T R A T U I,
FUNDATORI
SUO GRATIOSISSIMO:

IN
VIM GRATITUDINIS

A

Clientali Scholarum Piarum Resi-
dentia oblatus.

PERORNATE, ET INFRA EXPOSITAS

CONCLUSIONES

DEFENDENTE

M. HENRICO à S. Teresia, Scho. Piarum.

SUB ASSISTENTIA

R. P. VINCENTIJ à S. ANDREA AA.

LL. & Philosophiæ Professoris Ordinarij.

Szegedini in Residentia S. P. Annò 1727. Die Martij.

BUDÆ, Typis Joannis Sebastiani Landerer Typographi.

AMPLISSIME, LIBERÆ
REGIÆQUE
CIVITATIS SZEGEDINENSIS
MAGISTRATUS,
FUNDATORES GRATIOSISSIMI.



Fundamentis principium duxisse, ut ad summitatem culminis pertingatur, non solum receptum est, verum etiam in partem laudis annulerandum. Amplissime Magistratus, Fundatores Gratiostissimi, vix liberalitate Vestra sublevata Pindo devolavere mansuetiores Musæ, plænæque Tibisci, Liberæ Regiæque Civitatis Vestrae occupavere; ecce eadem munificentia Vestra pellectus in planiciem Vestram descendit Ecclesiasticus Alcinous, Doctor Angelicus Thomas Aquinas, oportunum nempe nactus educandis locum plantis Hortulanus, planiciem, confluentiamque Marusiano-Tibiscanam in insigni Vestro figuratam. Latuisset etiamen, nec Orbi cognitus fuisset Hungarico, nisi Liberalitas Vestra eundem in publicum prodire jussisset. Prodijt ergo plantas Philosophicas rigaturus, ut decursu temporis haec planta succrescentes, Vestras etiam plantulas irrigarent, ut in perfectam adolescent scientia maturitatem.


KNY-18-00870

Ita precatur

Amplissimi Magistratus

*Religiosus Client
M. Henricus à S. Terezia S. R.*





ORATIO.

A V D e M V s VIros g L o r i o s o s In s C I e n t I I s
s V I s , * & Ve L V t I s t e L L a s e X a L t e M V s D l g n e , *
quorum memoria in benedictione est , nihil e-
nim est melius , quam memoria recte factorum .
Et quamvis ipsa virtus sibimet sit pulcherrima Cicero .
merces , cum nunquam stygias fertur ad umbras , Sil . &
nec sepulchrum sciat , sed vivat etiam post funera ; splendoris Sen .
tamen non nihil etiam ab externa mutuat commendatione ;
dum post liminiò revocata , & Laudum coloribus adumbrata
mentes , & animos posteritatis defigit admiratione , nepotes .
que in sui pellicit sequelam . Imò à fatis quodammodo vin-
dicantur ejus authores , cum eadem encomiastica declamatione
repræsentatur . Ignoratus certè sepulchralibus lateret in tene-
bris Achilles , nisi vindicem fati sui , & meritorum suorum pa-
negyristen nactus fuisset Homerum . Ignotus nostro delitesce- Curt .
ret sæculo Pompejus , nisi notum superesse Pharsalia voluisse
Adeò nempe gloriosum , & efficax est contrà oblivionem reme-
diū laus Prædecessorum , & virtutum ab ipsis promanatarum
rememoratio . Sed quis nos agit impetus , aut quæ concitat
virtutis æmulatio , ut in depraedandas Virorum gloriosorum
laudes immaturam stringamus pennam ? gloriōsus vir gloriōsum
exambit Entheum , & gloriōsō depingi poscit penicillō , nimī-
rūm : ut gloriōsis factis etiam gloriōsa consentiat laudatio .
Nam priusquam initium laudis recte constituatur , studeum est
de exitu gloriōso consilium agitare . Audendum tamen est , Teren .
nec pusillanimitati succumbendum , audaces enim fortuna juvat , &
in rebus optimis etiam mediocritas est honori . QVI s ergo est HIC ?
La V D a b I M V s Itaq Ve à g L o r i o s I s gest I s . * Quis inquam est ille ,

Uni : Pari.

cujs gloria contendimus erudereat sepulchro ? CVIVs Inslgnl
 DoCrlna LV Cet eCClesIa, Vt soLe DeLla* qui, qVas I LibanVs
 oDore M s Va VI Itatls phILosophICæ sparsIt,* Thomas Aquinas est,
 magnum illud doctrinæ miraculum , Thomas Aquinas est Philosophorū
 Phoenix , Thomas Aquinas est illud sapientiæ Theologicæ oraculum , Hierachiæ Romano-Catholicae Atlas , sæculi
 sanctioris divinior Plato , universorum Doctor Lycæorum . Et
 quid ego tam gloriōsi , tam excelsi Viri gloriam Rhetoricis glo-
 rificare Hypotiposibus gestiam ; qui needum primis svavitatem
 Demosthenæam delibavi labris ? cujs inquam satiūs me oporteret
 esse deprecatorem , quām dīprædicatorem Luciliū . Potiūs agendum
 judicaverim , quām Periclem , ubi diffona virtutibus encomia proma-
 narent ; nam inconcinnis laudes glorioſas concinnare phrasibus ,
 est obnubilare potiūs , quām serenare . Ideo pœnituit aliquan-
 do locutum esse , tacuisse nunquam . Illis ergo concedo de Te ,
 laude major humani sensūs , Philosophe , & Doctor Angelice ,
 quibus Ambrosianæ favos facundiæ , instillarunt melissæ . An-
 gelicus es , Angelicis etiam deprædicandus elogiis . Pace mea
 illi Te Solem Theologorum indigitent , quos felicior dignata est
 Minerva . Illi Te Apollinem salutent Philosophicum , quibus
 fœcundior svada est maritata . Illi Te Thesaurum indeficientem
 Doctrinæ salutent , quibus , FLVlt Vt ros eLoqVIVM DI-
 CTIONIs oratoriæ . * Illi inquam statuam Memnonis intitulent ,
 quibus sylva rerum procreavit copiam verborum . Illi Te Phœ-
 nicem scientiarum denoninent , quibus orator latinus inculcat :
 Vtere serMonibVs IIs , qVlbVs Inest DoCta scLentia . * Ego
 difficultatis meæ conscius humiles sectabor myricas , nec nubi-
 um æmulas indagabo Cedros , & cùm myrica sim , aut ût sen-
 sum revelem novella in horto Ecclesiastico , & Philosophico
 plantula , ût tu Angelice Doctor Aquinas , quia aquam sapientiæ
 propinas , me etiam eadem potare velis , qua potus , & rigatus in
 Cedrum succrescam myrica in horto concluso Ecclesiæ ; te ho-
 die in Hortulanum Ecclesiasticum eligo , Túæque me totum dex-
 teritati , & voluntati suppono adhuc avidus Hippocrenes ora-
 toriæ perorator .

In prInClpIo pLantaVlt paraDIsVM VoLVptatls , *

CVI

I. Offi.

CVI præpos Verat Aq VInateM, Ut esset pro CVstoDe. * Plan-
 tavit inquam Deus paradisiacum Hyerarchiæ Romano. Catholi-
 cæ hortum in principio legis gratiæ, in quo quamvis germanæ veri-
 tatis sine interruptione vernarent plantæ, & candida jugiter
 floridarum virtutum germinaret propago; nunquā tamen hor-
 tus hic Ecclesiæ exterminandis caruit loliis errorum. Sunt ni-
 mirū bona mixta malis, & mala mixta bonis. At veluti He-
 speridum pomorum aurum vigil observat draco, sic hortus no-
 ster Ecclesiæ suo non est viduatus excubitore, qui infœcundam
 errorum segetem succidat, & venenata Hæreſeon genimina
 suffocet in herba, nec altius in auras viperinum verticem sustol-
 lere patiatur. Habet inquam conclusus hic hortus suum Hor-
 tulandum qui repurgatis errorum Iolijs, & suffocatis iniquitatum
 zizaniis, & eradicatis Hæresum spinis virtutam lilia veritatis Or-
 thodoxæ plantas aqua sapientiæ salutaris irroret, ut in perfe-
 ctam adolescent maturitatem, & fructum afferant centesimum. Ecclesiæ 15.
 Curā nimirū, dexteritatéque vigilantis Hortulanī. Sed prius-
 quāt quis in arte combibita se se exerceat, artem ut prius
 condiscat est necesse. Hortulanum suum habet Ecclesia Tho-
 mā Aquinatem, Doctorem Angelicum, Angelicum inquam,
 quia primæva suæ artis fundamenta rosas jecit Angelicas. Vix
 námque solarem usurpaverat splendorem, vix lacteo solūm nu-
 triti conservaverat esculento, jam tamen damnato ad nauseam
 lacte rosis anhelabat lactari; dum cum Angelica Epigraphæ
 Ave Maria, extortam implacabili vagitu Syngraphen ab altrice,
 tenello recondidit absorptam pectusculo, cordique penitiū in-
 sevit. Angelicus verè, qui ab Angelicis artem suam auspicatur
 principiis, videlicet: à Jove principium. Felices rosæ! Felicia
 germina! & Divinæ virtutis plantulæ! quæ Thomā Angeli-
 cum reddidistis. Faceſſant Phæacum viridaria, faceſſant Pesthi
 roſeta, faceſſant Alcinoi violaria, nulla hic tantæ virtutis est
 rosa, quæ ſui prædatorem in ſui transformet amatorem. Felicia
 jam roſis abſumptis, imò tanta fundārat artis ſuæ rudimenta, quæ
 non tyronem ſolūm, ſed exactum poterant ſignificare Hortula-
 num, non tamen Aquinati ſuffecere. In petris Cassini vix lu-
 strum emensus artis cotinuationem orditur, ibi pietatis in Cœ-
 lites

lites , & proximos humilitatis , patientiæ , cæterarūmque virtutum germina , imò ipsius florem sanctitatis intimis implantat medullis adeò , ut non immerdì gloriari queat : In petra exaltasti me . Quid agis Thoma ? in arena videris ædificari , dum in petris Alcinoum auspicaris , quos in sterili petra plantabis Hyacinthos ? aut quas illi mutuabunt à petra radices ? optimè auspicaris , hortus námque Tuus Ecclesiaz super Petram ædificatus est , & Tu vicinior Phœbeo calori solarem aspiras , & hauris calorem frigescentes in horto Tuo plantas refocillaturus , & torpentes redanimatorus . At quem Tibi petræ propinabunt hominem ? ut enim plantæ vivacibus assurgant incrementis , sàpiùs ut irrorentur oportet ; nempe petræ suaviori madidantur rore , & Tu firma spe lactaris hortum Tuum Cœli rore sœundandum . Descende tandem , immatura maturitas ista vix æternitatem experietur ; vix enim tyrocinari occœpisti , & jam Magisterij lauream comprehendisti . Moderata durant . Moderare celeritati , & alatum refrigerabis impetum , & sic fructus celeritatis Tuæ maturescet in ætatis atumno . Magnus esse vis à parvis incipe , cogitas magnam fabricam extrahere celsitudinis , priùs cogita de fundamento humilitatis . Icaros imitaris , eorum etiam fortunam formida . Descende , ut ascendas , hortus Te exspectat singulari stellati Patriarchæ , ut in hoc priùs artis Tuæ periculum exordiaris , & ut in hoc per sudorem excultus indefessum ad colendum universalis Ecclesiaz hortum eveharis . Caute tamen , hostiles explora technas , quæ Tibi ab amico euduntur inimico . Domestici Tui sunt hostes Tui , quos in æmulationem , & inimicitias Tuæ maturitas artis efferavit . Ergo faventibus gratiæ supernæ Zephyris devolat Cassino , & in singularem facigeri Patriarchæ hortum Angelica hæc implantatur plantula . Sed eheu ! nec radices difuderat , jam fraternis exagitatur Aquilonibus , ut emarcescat jam materni furoris ustulatur facibus , ut exarescat , rapitur innocens reus , & cum sceleratis reputatus in turritum compingitur Tullianum . Nempe in hanc è naufragio subtractus salvatus Pharon . Dædale quâm cuperes nunc alatam illam in arte Tua combibenda celeritatem , cùm sic materno furor , & fraterno laceraris rancore . Sed age livor , age furor , quantùm libet

S. August.

Iustia 33.

efrænis

efrānis tibi concedit, & svadet licentia, rumpāre licēt, oleum
 operāmque in Thoma lufisti. Tenella licet sit in horto Domi-
 nicanō plantula, sed altas fixit radices in horto Domini petræ
 Cassinatis. Fure Medea, vincet patientia, eferate martem Cai-
 ni in Abelem, trinmphabit innocentia, technas occinite sorori-
 na Syrenes, occupabit insidias vester Ulysses. Acheronta move-
 te, & Cyprum in partem machinarum jungite, non flectetis in
 superis defixum, & radicatum. Præsagiit aliam vivendi con-
 ditionem se se complexutum, dum rosis pascebatur Infantulus
 Marianis. Vilesunt ei principales ceræ, vilescit Martis glo-
 rīa, vilesunt ducales balthei, vilescit majestas Prosapiæ u-
 num placet, scilicet Hortulanī munus in Ecclesiæ horto subire.
 Et hic est primus Hortulanī nostri fructus, hæ primitiæ in Cas-
 sinensibus petris tyrocinij fundati. Sed quia Fructus hic in com-
 modum solius cessit, & cedit Hortulanī, oportet, ut labores
 manuum suarum in alterius generis plantas dilatentur, & aliæ suâ
 productæ demonstrentur industriâ. Et demonstravit, dum so-
 rores, olim Syrenes in pelago sœculi naufragantis jaçatas, ad
 portum Religiosæ quietis, & securitatis flexanima deduxit orati-
 one, exemplöque suô confirmavit. Nempe sicut virtus prima
 secundæ principium est, & eandem magneticō quodam conca-
 tenat nexu, sic Hortulanus noster, dum se genuinam horti Do-
 minicani præsentat plantam, etiam cognatum sororum sangu-
 nem in simili vireto transformavit in narcissos, & quas ille in
 proprio radicaverat virtutum plantas pectore, eas etiam in a-
 nimis radicavit sororinis bonus Hortulanus. Utpote: honesta-
 Vlt ILLVM In LaboribVS SVIs, & DILigebat * Dominus.
 Obstupuit Urbs terrarum Domina, dum Pompejum suum non-
 dum patientibus annis gloriōsis adeò fœcundum triumphis su-
 scēpit revertentem, obstupuit Neptunus tanta se mole prora-
 rum fatigari ab adolescentia Ducis, dum inveteratos rapinarum
 pyratas suô depelli gratularetur imperiô. Obstupuit gratia Ma-
 cedonis pubertatem Thebas suas incinerantem, opstupuit Asia
 ætatem ejus orientem, totum potentiam Martis in suæ jus domi-
 nationis subjugari Orientem. Et nos admiratione Hortulanī
 nostri non tangemur? vix incipit esse talis, jam talem se pro-
 bat

exemplō. Magnarum rerum principia, non raro sunt majorum
 indicia. Ex primo confictu, & novitia armorum collatione
 metiuntur Duce milites, ex herba conjecturant messis uberta-
 tem patresfamilias, ex abundantia florum augurantur largita-
 tem pomorum Hortulanī, ex factis primogenitis etiam vetera-
 scētē hominis ætatem colligamus est necesse. QVI pVTas
 Iste pVer sVCCeDente sVrget teMpore, * & MagnVs & LaV-
 DabiliS In CIVItate Verlataliæ æternæ. * Magnum futurum
 augurabatur vetustas Platonem ab apibus, magnum Philippus
 AlexandruM à Leone, magnum etiam augurari licet à rosis futu-
 rum Aquinatē. Exactè combibitam artem Hortulanū no-
 ster tractabat in horto singulari, dum pullulantes ex corde pa-
 tientiæ Hyacinthos, ab exmplo suo carpendos alis, & fuis pe-
 storibus inferendos offerebat, dum inquam lactescēta Castita-
 tis lilia in alienis etiam cordibus plantanda porrigebat. Vt-
 pote: eXeMpLa spargebat ILLIs eX se LegenDa. * Sed nec-
 dum manibus propriis propriaqne sedulitate hortum Ecclesiæ
 colere didicerat ex amissi, in horto stellati Patriarchæ potan-
 dus erat Philosophica, & Theologica Ambrosia, ut succedenti-
 bus annis universalem Ecclesiæ hortum vivaci salutaris sapien-
 tiæ potaret fluentē. Hic moliebatur instrumenta, quibus olim
 protuberans errorum lolium, erronei iniquitatis germen, &
 iniqua Hæresum Zizania funditus eradicaret, extirparet, &
 eliminaret. Neapolis profundum mentis Aristotelicæ oceanum
 stupuit exhaustentem, Colonia solem pectori auro illigantem.
 Scilicet utrūque Hortulano necessarium est beneficium, nunc
 obstupefce penna, obmutesce lingua, quia facilius sydereos ignes
 in numerum vocabis, quam plantas in Ecclesiæ horto Hortu-
 lani nostri labore radicatas calculabis. Assurgite vos & è sepul-
 chralibus prodite latebris, quorum intellectum Philosophica
 tinxit promulside, assurgite vos quorum ignorantiam, & ingenij
 caliginem sole discussit Theologico, assurgite inquam, & Hor-
 tulani nostri præconia conjurate, felicitatēmque vestram decla-
 rate, quod in lauros, & cedros in Ecclesiæ horto educante vos
 Aquinatico Hortulano succrevistis. Sed cur suis manes evoco
 sepulchris? ecce vitalibus jam dudum destitutos auris appel-
 lo?

10 ? etiam hodie pretiosissimas ex Aquinatica rigatione hortus
 Ecclesiæ pullulare plantas gratulatur , & admiratur , quæ quodd
 in tantum ascenderent pretium Aquinatico se debere non diffi-
 rentur Hortulano : Qui licet translatus est à Domino in sortem
 felicitatis ; reliquit tamen aquas , quibus infœcundi rigentur in-
 tellectus , reliquit radios , quibus cœcuentes in veritate mentes
 collustrentur . Reliquit fontes aquarum viventium , unde si-
 bunda humectentur ingenia , reliquit inquam fontes , tanta fœ-
 cunditate paratos , quos , neC MVnDVs Capere potest , qVI
 eXaratl * Clr CVM ferVntVr pla DeXter* Thomæ Aqui-
 natis libri , reCtè apVD ILLVM est pVteVs Vltæ , * aC In
 LVMIne sVo LVX Data est . * Hoc puto rigata in Ecclesiæ
 horto pullulavere cedri , quæ celitudine sua caliginosas errorum
 nubes transcendere , & repentes humi viciorum myricas de-
 spexere . Hoc puto rigata prodiere lauri , quæ Salmonei-
 ea pravitatis Hæreticæ fulmina cachinnis excepere . Hoc puto
 rigata germinavere palmæ , quæ catapultis arietantem ementitis
 Hæresim patientiâ fregere . Hoc puto rigata succrêvere lilia ,
 quæ nullis potuerunt amburi cupidinis favillis . Hoc puto ri-
 gata floruere rosæ , quæ miniatam vultûs verecundiam nullis
 immodestiaæ nævis contaminavere . Ab hoc lumine tot ingenio-
 rum tenebrae discussæ sunt , ab hoc lumine tot thamni faces mu-
 tuarunt , quibus viciorum lolia , errorum zizania , Hæresum
 spinæ Vulcano cesserunt in holocaustum . Ab hoc lumine tot
 etiam prodiere faculæ , quæ Augustinianò divinò charitatis con-
 flagrabant incendiò . Tam potens est in terra Ecclesiæ horti
 semen ejus . Hinc assurgite Manichæi , & vestræ virus pestilentiaz
 vomite , conclusum est contra Manichæos , salubrem dabit no-
 ster Hortulanus panaceam , & cruditatem veneni salubri tempe-
 rabit fontana . Aussurgite Nestorij , & spinas vestri dogmatis in
 rosas armatis Angelicas , solis potens est noster Hortulanus , qui
 radiorum suorum acie vestrarum hebetabit acumina spinarum ,
 iunc enim in defensam rosarum Angelicarum conjuravit , dum
 eas visceribus suis implantavit . Excolebant strenue hortum Ec-
 clesiæ Augustini , multiplicabant in eodem labores Ambrosij ,
 noctes diésque consumebant in eo Hyeronimi , Cleantheas cir-

Psal. 3-

cumferebant per illū Gregorij Lampades, Hortulanus noster solem
circumferebat , & idcirco dies illi sempiterna famulabatur , ut is
exoletendo hortum Cœlestis Patrisfamilias indefessè famulare-
tur. Nempe : rIDEIIs serVVs , & prVDens In Vlreto CœLL-
potentls Del. * Verè fidelis & prudens , & potens sermonibus , &
opere Hotulanus , utpote quem non solùm germanæ veritatis
plantæ suum lunato vertice reverentur Authorem , & Creatorem ,
sed & sputia formidant genima extirpatorem , suum Zizania
horrent eradicatorem , ne copioso sapientiæ sua fonte obruan-
tur , suum spinæ pertimescunt Herostratum , ne suis à radijs in-
cinerentur. Quid enim vox illa desperata denotat ? tolle Tho-
mam , & dissipabo Ecclesiam , nisi conscientiæ formidineni , for-
midantis interitum ab Aquinatis Titane. Ergo tam formidabi-
lis hic vobis est Hottulanus Hæreseon lolia ? tam pernitiosus
vobis vitiorum spinæ ? exploditis oraculum Hypponense , Am-
brosianay vilipenditis Ambrosiam , obfuscatis mendaciis purpu-
ram Dalmatiæ , reliquosque horti Ecclesiastici Cultores annulla-
tis , unum Thomam formidatis , qui nempè profundissimè secu-
rim ad inquitatis vestræ redices admovit. Bene est , pulchrum
est à suis laudari , sed pulchrius ab inimico , nam nunquam po-
test non esse virtuti locus laudandæ , adeò vivacis est potentia
virtus , ut etiam invitox ad sui trahat amorem , & inimicum in
sui æstimationem. Hinc ogganniat Hæreticus livor , ringatur
furore , nostrique Hòrtulani gloriosam industriam , & perennem
curam in horto Ecclesiastico cavillare pergit , frustra laborat , &
sua se ravi suffocat , nam : IVstVs Vt paLMa FLorebIt & Vt
CeDrVs , * præcipue qui suæ justitiæ testem Cœlum habet , fi-
delitatémque sui laboris testimonio Cœlesti confirmatum gra-
tulabitur.

Supremam dictioni meæ appono pennam Doctor , & Hortu-
lane noster Angelice , & ad Te tanquam centrum votorum meo-
rum coronidem converto , & cùm tam fidelem Te hortus Eccle-
siæ senserit , & etiamnum experiatut sui Cultorem , cum inquam
livor etiam obstrepentis Hæresis gloriosam fidelitatem Tuam con-
viciis exagitantis , radios solis Tui calumniis obnubilare cupi-
entis Aganippen sapientiæ Tuæ cavillationum sordibus tumulare
sata-

Salu:

Psal. 91.

satagentis, imò cæcitas ipsius vel invita talem Te qualem pro mo-
 dulo facundizæ meæ demonstrare contendebam, agnoscat, & fa-
 teri cogatur, cum talem oraculo denique divino, pronunciari
 non ignorem, ut me novellam in horto Ecclesiæ, & Philoso-
 phia plantulam fluentis Cœlestis sapientiæ Tuæ irrorare, & ra-
 diis Tui solis animare non dederis; ut Tuum boni Hortulanî
 laborem expertus profundiores inveritate defigam radices. Sci-
 licet: algans Mentes De sVperioribVs rViIs sapientiæ COLLi-
 bVs * DoCtas VIas rVas Monstra In IVstI CatlonibVs, * Vt
 non MoVeantVr VestIgla peDIs nostri Cltò LabiLIs, *
 & In seMitas reCtas IVstIæ Drlge nostros
 eXCessVs.

D I X I.



CONCLUSIONES LOGICÆ
 A D
 MENTEM D. ANGELICI
 DIVI
 THOMÆ AQUINATIS.

I.

Admittendum est Ens rationis Logicum propriè scibile.

II.

Adæquatè divisum in negationem, privationem, & relationem.

III.

Quod tamen formaliter non existit per existentiam sui fundamenti.

IV.

Sicut nec consistit formaliter in pura denominatione extrinseca, aut aggregato ex entibus realibus.

V.

Sed in quadam entitate ficta per rationem.

VI.

Cujus Causa nequit esse intellectus Divinus vel Angelicus.

VII.

Sicut nec voluntas, aut aliquis sensus, sive internus, sive externus.

VIII.

Sed solus intellectus creatus per actum Comparativum ~~legor~~
 sumptum.

E. H. O. A. M. P. J.